

## Aduertencias para

- 1 ¶ Clemens. 4. concessit, q̄ in locis vbi fratres degunt, possint habere oratoria, in quibus cum Altari portatili possint Missarum solemnias, & alia diuina officia celebrare, ac etiam Ecclesiastica recipere Sacramenta. Ex Compendio.
- 2 ¶ Sixtus. 4. concessit, vt non solum in oratorijs, & locis quibus ipsi Fratres degunt, sed etiam in quouis alio loco congruenti, & honesto Missas liberè, & licitè super Altari portatili celebrare possint. Ex nostro Compendio.
- 3 ¶ Alexander. 6. concessit Fratribus Minoribus, vt possint celebrare Missas in cameris secularium, vel in plateis, dato, q̄ non videantur loca honesta, quia in cameris dormiunt coniugati, & in plateis fiunt multa profana. In Compendio nostro, verbo, Missa. i. §. 7. Magnæ sunt & notabiles hæ duę concessiones, vt notat pater frater Emanuel Tom. 1. qq. regul. q. 43. art. 4. si quidem nobis conceditur, vt in quocunq; loco congruenti liceat sacrum facere : & magis se explicans Alexander id ipsum licere [ ait ] in cameris secularium, vel in plateis: ac deniq; per dicta indulta conceditur regularibus